

marchali in Nerichia nouissime inposita integraliter leuauisse, vnde ipsos a monicione cuius libet quitos et liberos reddo per presentes. Scriptum meo sub sigillo anno Domini millesimo ccc^oxlviij^o feria tertia post dominicam inuocauit.

Sigillet på en ur brefvet klippt remsa borta.

4297.

1348 Mars 12.

Sigge Djekn bortbyter sin gård i Svansö med undantag af torpen till sin svåger eller måg Olof Kase och hans hustru Kristina mot deras gård Kætilstorp.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Siggo diacn in Domino salutem sempiternam. Nouerint vniuersi me sub vero cambio curiam mean in Svansøo cum omnibus suis adiacenciis, infra sepes et extra, prope et remote positis, exceptis coloniis ibidem circumiacentibus, pro curia eorum in Kætilstorp cum omnibus suis pertinenciis legaliter debita scotacione dimisisse dilecto genero meo Olauo Kasa et vxori eius Cristine eternaliter possidendam tali condicione, quod ipsa curia in Svansøo Olauo mortuo ipsi Cristine pro tertia parte omnium terrarum, quas idem Olauus actenus emerat, cedat omni jure, curia vero in Kætilsthorp me mortuo singulis heredibus meis communiter cedat ad libitum et saluum arbitrium diuidenda. Scriptum sub sigillis discretorum Clementis Thyrgilsson, Karoli Ingimundason et Byrgeri Kasa vna cum meo proprio anno Domini m^occcxi^o octauo in die sancti Gregorii pape.

På baksidan: Swansøo.

Sigillen: n. 1 (snedbjelke med 4 otydliga figurer, djurhufvuden): s' SIGGONI . . . II PETRI; n. 2 (2 färlor i kors): s' CLEMENTER . DVR . . . N . (Sv. Sig. I, 3, 539); n. 3 (bjelke): s' KAROL . INGELDRISVN . (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 651); n. 4 borta.

4298.

1348 Mars 13.

Thyrne Ingelsson erkänner sig vara skyldig Vreta kloster 100 mark penningar och pantsätter för dem sina gårdar Edslösa i Mälloby (Mjölby) s:n och Slyke i Rappestads s:n.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Thirnerus Ingalsen salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognosco me religiosus et in Christo d[ilecti]s dominabus, domine abbatisse et conuentui in Wretum in centum marchis denariorum monete Sueuicane veraciter obligari [in] festo beati Michaelis proximo futuro cum consensu heredum meorum et voluntate, omni inpedimento procul moto, persoluendis. Pro qua pecunie summa, vt maiori et cauciori fruuntur cautela, bona mea predialia dicta, de quibus annuales fructus proueniunt quindecim thynones annone cum totidem oris denariorum, Æzløso in parochia Mælloby et Slykkiu in parochia Rapustadhūm cum omnibus ipsorum pertinenciis infra sepes et extra,

prope vel remote, secundum leges dominabus et monasterio premissis inpingnero pecunia pro premissa: tali ratione prehabita quod, si dicta pecunia in termino prefixo non erit persoluta, extunc jus michi pertinens mihi meisque heredibus alienabo et in ipsas dominas plenum jus poss[ess]ionis transfero per presentes neque per me neque per meos heredes vnquam reuocandum. In cuius protestacionis euidentiam firmiorem sigillum meum cum sigillis virorum discretorum, videlicet fratris Thordonis, prioris Aluuastre, et domini Petri, curati loci supradicti, et Olai Sigmundæson et Cristine, relicte Laurentii Biorsson, presentibus est appensum. Datum anno Domini m^occc^oxl^oviii^o in crastino beati Gregorii pape.

På baksidan: Æsløsa in parrochia Mælloby. Ezløsa et Slykku parrochie Rapustad.

Sigillen: n. 1—3 borta; n. 4 (adligt) otydligt; n. 5 fragment.

Brefvet är till en del söndrigt, samt svärtadt och anfrätt.

4299.

1348 Mars 16.

Jon Dansson pantförskrifver till Daniel Niklisson tre torp vid sin gård Horsnäs i Marbäcks socken (N. Vedbo härad) för en skuld af 83 mark penningar.

Orig. på perg. i Linköp. läroverksbibliotek.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes Dansson salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognosco euidenter me discreto viro Danieli Niklisson in octoginta tribus markis denariorum vsualis monete in Swecia nunc currentis fore veraciter obligatum, sibi aut suis heredibus de premissis viginti markas denariorum in assumptione beate Marie virginis proximo nunc ventura, residuas vero sexaginta tres markas in tempore carnispriuii eciam proximo jam venturo mihi nullis valoribus quam in prompta pecunia sine impedimento quolibet fide media integraliter persoluendas. Pro quarum eciam caucione sibi tres colonias meas circa Horsnæs curiam meam jacentes in parrochia Marbæk inpingnero cum ipsarum omnibus et singulis pertinenciis, agris, pratis, siluis et pascuis, in humido et sicco, prope aut remote positis, nullis penitus exceptis, quocunque nomine censeantur: tali vero ratione quod, si predictæ tres colonie in premissis solucionis terminis per me aut heredes meos resolute non fuerint, extunc sibi suisque heredibus cedant jure legitimo perpetuo et irreuocabiliter possidende, michi tamen, prout duo meliores ex parte cuiuslibet nostrum deputati justum et condignum dixerint et approbauerint, vera fide in pecunia et valoribus equiualentibus vtique satisfaciet pro coloniis supradictis. In cuius rei testimonium sigillum domini Æringislonis Sonæsson vna cum sigillo proprio presentibus est appensum. Scriptum anno Domini mcccxlvi^o dominica reminiscere.

På baksidan (yngre stil): thetta ær thet godz, som Bo ær latit i thesso brefuomen wid Hoorsnes; inunder: i Wedbo.

Sigillen: n. 1 borta; n. 2 (en båt) omskriften nästan utplånad.